

quod civibus erat charissimum, ut sponsam, vel infantem speciosum: ea de causa indulgenza tam truculentum Deum peros, Christi fidem obvias ulnis sunt amplissimae, ut P. Antonio Mendoza Provinciali Societatis nostra, Mechocanici processi testati sunt. Disce hic crudelitatem demonis, qui pro suis exiguis donis quoniam suis largitur, tam preffosas, calamitosas et funestas sibi depositas victimas, idem hodie experientur sage, imo peccatores omnes, qui pro vili voluntate animam suam diabolo vendunt ad eternam tormenta.

Audi ex adverso pietatem et benignitatem Constantini Imperatoris, qui lepros percutsum, cum consilio querundam, puerilium sanguine lavandus esset, audiens matres-juliantes, et causanti luctus cognita, illacrymantes dixit: «Romani imperii dignitas et amplitudine fontem et radicem habet veram pietatem. Ut igitur ex ea me prouinisse ostendam, valetudinem meam innocentem puerorum vite postibeo.» Ita Nicephorus, lib. VII Historiarum, cap. XXXIV. Hinc Deus illi reputat sanitatem per baptismum, tantumque impetrari deus et gloriam.

Tropologie, Moloch semen suum dant, qui boni aliquid operantur vanas laudes, vel honoris terreni acquirendi gratia, inquit Radulphus.

Longe verius semen suum dant Moloch, qui proles suis demoni devovent, qui eas in heresi, Iblidibus, rapiinis aliquis peccatis educti.

Sed cui? Moloch, id est, regi crudelissimo, tyranno maximo, scilicet diabolo. Injunctum est, ait S. Gregorius, servare diabolo, qui nullo placatur obsequio. Et S. Augustinus, sermonem 4: «Quid, ait, pravus? quid malignus? quid nostro adversario nequius? qui posuit in celo bellum, in paradiso fraudem, odium inter primos fratres, et in omni opere nostro zianiam seminavit. Nam in coniunctione posuit gulam, in generatione luxuriam, in exercitatione ignaviam, in conversatione invidiam, in gubernatione avaritiam, in correctione iram, in presulatu sive dominatione superbiam. In corde posuit cogitationes malas, in ore locutiones falsas, in membris operationes iniquas: in vigilando movet ad prava opera, in dormiendo ad somnia turpia. Letos movet ad dissolutionem, tristes autem ad desperationem. Sed ut brevius loquaris, omnia mala mundi ejus pravitate sunt commissa.» Hinc est ignis concupiscentia, quo suos hic Moloch adiicit, ut eos secum igne gehennam comburat.

Nec POLLUX NOMEN DEI TUI. — Hoc enim mihi meoque nominis esset dedecori, si me relieto, vel in mei injuriam coleres idola, et maxime Moloch tam infami cultu.

23. CUM OMNI PECORE NON COIBIS, — q. d. Cum nullo pecore coibis. Nota: omnis non idem est quod nullus, etiam juxta regulas aequipollentiarum apud nostros Dialeticos. Secus est non omnis: hoc enim apud Dialeticos idem est quod

aliquis non; apud Hebreos vero sape idem est quod nullus. Unde sequitur:

24. NEC POLLUAMINI IN OMNIBUS HIS, — id est, in Vers. 24. nullo eorum polluamini.

25. QUIUS POLLUTA EST TERRA. — Illo disce vita, presertim enormia, esse tam horrenda et putrida, ut non tantum ipsos peccatores poluant, sed et terram in qua ipsi habitant, has infamia victimas, idem hodie experientur sage, imo peccatores omnes, qui pro vili voluntate animam suam diabolo vendunt ad eternam tormenta.

Curus (scilicet terra, id est quorum, scilicet in terra ista habitantium) EGO SCLEREA VISITABO, — id est puniam; est metonymia. Terra enim, que immediate ante proprie capiatur, hic metonymie pro terra incisus capit. Ita S. Augustinus, Quæstiones LVIII.

26. TAM INDIGENA QUAM COLONUS. — «Colonus» vers. 26. vocatur hic incola, qui in Hebreorum coloniam el legem transit et inter eos «peregrinatur», id est habitat.

27. CAVETE ERGO NE ET VOS SIMILITER EVOMAT, — q. d. CUM PARIA FECERITIS, SICUT EVOMUIT GENTEM QUE FUIT ANTE VOS. — Nola tamen evomuit, q. d. Cum Deus Chananeos sua terra per Hebreos expulit, etiam ipsa terra quasi gaudens et probans, neque retinet, sed dimittens eos, quodammodo ejicit ipsos. Loquitur de futuro quasi de praeterito prophetic: «evomuit», id est, certo et brevi evomet. Rursus est hic metaphoræ Hebrei, quia ad maiorem emphasis, vita et actio animalis tributur rei inanimatae.

Simili tropo dicunt terra gemere, clamare, irasci et expetere vindictam, ut: «Excedentes in illas (reprobos) aqua maris,» Sapient. cap. v. «Omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc,» Rom. viii. Hoc enim tropo vult significare Scriptura enarratorem criminum, quod scilicet ipsa creatura irrationalis suis creatori semper obedientes, et pro illo pugnantes detestentur peccatores tales, eostque terra quasi evomata, cum illi expelluntur ab ea: detestentur, inquam, detestatione et appetitu naturali, quo in ordinem suum, totiusque universi, ac Dei voluntatem implandam feruntur, atque aversantur ea que sunt, contraria: idem facture appetitu rationali, et cum haberent. Sceleris ergo Chananeorum causae fuerunt, cur ipsi ab Hebreis possessione sua de peulis sunt.

Ubi nota sceleris haec Chananeorum fuisse adulteria, idolatrias, sodomas, bestialitates, etc., de quibus vers. 20 et seqq., potius quam comilia cum neptibus, afflinibus et cognatis, superius recentia: quia haec iure nature non erant irrita, sed tantum habebant indecentiam et inverecundiam quandam, ob quam videtur tantum venialis fuisse peccata: quod enim iam sint mortalia, quodque irritant matrimonium, id habent ex iure positivo humano. Ita Cajetanus, Bellarmius et Sanchez, tom. II De Matria, lib. VII, Quest. III. Hujus expulsionis Chananeorum aliam quoque

Putat S. causam dant S. Augustinus, serm. 103 De Temp., Anagni, et Epiphanius, lib. II Contro Heres, cap. LXVI, et saecos Andreas Masius in Jesu, scilicet Chananeam in xpissione divisione orbis cessisse Sem ejusque posteris; sed Semitas Chananeos, posteros Chan, vi nepotes Sem in dabo, expulisse, ac proinde iure a Deo Hebreis, neque ibus Sem, cam restitutam esse, hujus rei argu-

CAPUT DECIMUM NONUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Sanciuntur promiscue præcepta quædam moralia et ceremonialia, partim ante recentita, partim nova. quale est de non serendo agro diverso semine, de ueste ex lana et lino non induenda, vers. 19, de pretiis arborum circumcidendis, vers. 23, de coma in rotundum non attondenda, de non radenda barba, vers. 27, de non incidenda carne, vers. 28.

1. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, et dices ad eos: Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester. 3. Unusquisque patrem suum et matrem suam timeat. Sabbathum meum custodite. Ego Dominus Deus vester. 4. Nolite converti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis. Ego Dominus Deus vester. 5. Si immolareritis hostiam pacificorum Domino, ut sit placabilis: 6. eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, et die altero; quidquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis. 7. Si quis post biduum comedet ex ea, profanus erit et impieatis reus, 8. portabite iniuritatem suam, quia sanctum Domini polluit, et peribit anima illa de populo suo. 9. Cum mesuratis segetes terræ tuæ, non tondetis usque ad solum superficiem terra, nec remanentes spicas colligetis. 10. Neque in vinea tua racemos et grana decadentia congregabis, sed pauperibus et peregrinis carpenda dimittes. Ego Dominus Deus vester. 11. Non facietis fortunam. Non mentiemini, nec decipiatis unusquisque proximum suum. 12. Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. 13. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane. 14. Non maledicis surdo, nec coram caco pones offendiculum; sed timet Dominum Deum tuum, quia ego sum Dominus. 15. Non facies quod iniquum est, nec injuste judicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potenter. Juste judica proximo tuo. 16. Non eris criminator, nec susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego Dominus. 17. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. 18. Non quæras ultionem, nec memor eris injuria civium tuorum. Diliges amicum tuum non facies coire cum alterius generis animalibus. Agram tuum non seres diverso semine. Veste, quæ ex duobus texta est, non indueris. 19. Leges meas custodite. Jumentum tuum non facies coire cum alterius generis animalibus. Agrum tuum non seres diverso semine. Veste, quæ ex duobus texta est, non indueris. 20. Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nubilis, et tamen pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, et non morientur, quia non fuit libera; 21. pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimoniari etiam; 22. orabitque pro eo sacerdos, et pro peccato ejus coram Domino, et repropitiabit ei, dimitteturque peccatum. 23. Quando ingressi fueritis terram, et planaveritis in ea ligna pomifera, auferetis præcipua eorum: poma, quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. 24. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. 25. Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes

poma quæ proferunt. Ego Dominus Deus vester. 26. Non comedetis cum sanguine. Non augurabimini, nec observabitis somnia. 27. Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam. 28. Et super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuram aliquas aut stigmata facietis vobis. Ego Dominus. 29. Ne prostratis filiam tuam, ne contaminetur terra, et impleatur piaculo. 30. Sabbathia mea custodite, et Sanctuarium meum metuite. Ego Dominus. 31. Non declinetis ad magos, nec ab artifis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos. Ego Dominus Deus vester. 32. Coram cano capite consurge, et honora personam senis; et time Dominum Deum tuum. Ego sum Dominus. 33. Si habitaverit advena in terra vestra, et moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei; 34. sed sit inter vos quasi indigena, et diligite eum quasi vosmetipos: fuisis eritis et vos advenae in terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester. 35. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. 36. Statera justa, et aequa sint pondera: justus modius, aequusque sextarius. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti. 37. Custodite omnia præcepta mea, et universa iudicia, et facite ea. Ego Dominus.

2. SANCTI ESTOTE. — « Sancti, » id est mundi et puri ab omni immunditia carnis et spiritus, ab omni peccato et irregularitate legali.

3. MATER SUAM TIMEAT, — revertere.

4. NOLITE CONVERTI AT IDOLA. — Pro idola hebrei est **אֱלֹהִים**, id est vanitatis, res vanæ et nihil, qualia sunt idola, que vanam et mendacem umbram Divinitatis pre se ferunt; secundo, **אֱלֹהִים** est diminutivum ab **אֱלֹהִים**, id est Deus, qua fortis, quasi dicas: Deiculi, forticuli; quod Flandricus dicimus Godekens; tertio, **אֱלֹהִים** est **אֱלֹהִים** at **אֱלֹהִים**, id est non Deus: idola enim non sunt vere dei; quartu, **אֱלֹהִים** est **אֱלֹהִים** **אֱלֹהִים** **אֱלֹהִים**, id est Deus noctis, hoc est nocturni, lux fugax, qui in tenebris ambulat: tales sunt diemones qui in idolis coluntur; quinto, **אֱלֹהִים** alludit ad rad. **אָלֹהַ**, id est exercitatus est: sunt enim idola res exercitantes. Ita Oleaster.

NEC DEOS CONFILATIES FACIETIS VOBIS. — Est synechoe; ex parte enim totum intelligitur: nam per deos confilaties accepit omnia idola, sive fusilla et confata, sive ducilia, sive sculptilia. Ita S. Augustinus, et ex eo Radulphus.

Tropologice, avari pro diis habent ms suas ari; hi enim sunt eorum dii confilaties, hi sunt **אֱלֹהִים**: quam sapient qui non **אֱלֹהִים**, id est vanitas et insanias falsas, sed **אֱלֹהִים**, id est Deum fortis et verum, colunt, qui veras opes tribui non in ista terra morientur, sed in supra illa terra viventum! Felices, quibus solus, tu Domine, es spes et res, et omne opus curior oratio, ut dicant: « In pace in idipsum dormiam et requiescam. »

5. UT SIT PLACABILIS. — Hebreum est **רְצִיבָנֶחֶם**, id est secundum voluntatem vel beneplacitum vestrum, quasi dicat: Sponte et voluntarie immolate eam. Ita Chaldeus. Verum Noster, Septuaginta et Vatablus Hebreum **רְצִיבָנֶחֶם** ratson accipit passive, q. d. Ad favorem, gratiam, beneplacitum et benevolentiam vobis conciliandam apud Deum. Vide Can. 25.

hi operari fere pauperes sunt, vivuntque in diem ex diurno prelio (1).

14. NON MALEDICES SURDO, — quia hoc valde inhumanum est, ut ei qui se defendere nequit, injuria irrogat.

Tropologice S. Gregorius, III part. *Pastor*, ad moit. 38: « Surdo, ait, maledicere, est absenti, et non audiendi derogare. »

Nec CORAM CECO PONES OFFENDICULUM. — Hebrei censem etiam hic prohiberi ne quis viro simplici male consulat. Sed hic sensus est mysticus.

Tropologice S. Gregorius supra: « Coram ceco ponere offendiculum, est discretum quidem rem agere, sed tamen ei qui lumen discretionis non habet, scandali occasionem prebere. »

15. NON CONSIDERES (in iudicio, ut præcessit PERSONAM PAUPERIS, — ut iniqua ejus miseratione communis, iudicium pervertas.

16. NON EX CRIMINATOR, NEC SUCURRO. — In Hebreo his duabus respondet unum nomen **רְכִיבָנֶחֶם**, id est detractor, susurro. Septuaginta vertit.

Ha Vespasianus imperator fiscales calumnias magna calumniantem poena repressit, cerebaturque ejus vox: « Princeps qui delatores non castigat, irrat. » Et Antonius Pius imperator delatores, si non probarent crimen, capitali poena afficit; si probarent, oblate prelio dimisit infames. Aristoteles, cum iudicotorum metu Athenis profugis, roganti ciupiam: « Qualis est civitas Atheniensium? » respondit: « Pulcherrima, sed in ea pyrus super pyro, et flax super ficum consenserit. » Quo distero notavit Atheniensium sycophantas et calumniantes, perniciosissimos bonis viris. Ita Elianus, lib. III.

Thearidas cum gladium cote acueret, rogatus a quopiam nunc asset acutus: « Acutio, ait, calumnia, » indicans calumniam rem esse nocentissimam. Demosthenes, orat. I *Contra Aristot.*: « Viperam, ait, ubi conserpexeris, mox interficiet: itidem cum delatore et crudelē hominem vindictis per viperinam habere naturam, ne exspectate donec vestrum aliquem mordeat, sed cum primū occipit, puniat. »

Pelopidas, cum fortis quidam miles per calumniam apud ipsum deferretur, ut qui ei convia- fuisse esset: « Equidem, ait, facta ejus respicie, verba autem non audiri. » Ita Xenophon in *Econom.*

Denique S. Athanasius, *apolog.* I: « Qui lapide, inquit, ictus est, querit medium; ictus autem calumniam gravius quam lapides ferunt. Est enim calumnia clava, et gladius, et jaculum incurabile, ut Salomon. »

NON STABIS (Septuaginta, non conspirabis) CONTRA SANGUINEM PROXIMI TUI, — ut videlicet contra eum filium testimonium dicas, vel alias iniuste eum.

(1) Pro non calumnianti, etc., hebr. est, ne opprimes proximum tuum, et ne rapias, ne ab eo quidquam exigas.

(2) Hebr. est, noli obsecrande eipemus.

occidentes juves. Sanguis hic vitam significat; anima enim et vita est in sanguine, ut dixit Moses, cap. XVII, 14.

17. NON ODERIS FRATREM TUUM IN CORDE TUO. — Hinc patet Judeis in veteri Testamento non tantum actionem externam, verbi gratia, homicidii aut laesioni, ut Josephus et Rabbini nonnulli (quos proinde corrigit Christus, legemque explicat Matth. v, 21) putarunt, sed etiam internam, puta malum voluntatis actum, qualis est odii, vetitum fuisse. Ita Cassianus, lib. VIII *De capital.* Vitius, cap. XIV.

SED PUBLICE ARGUE EUM. — Hebraice, arguendo argue, q. d. Ne foveas odium in corde tuo contra proximum; et ne occulte machineris ei malum; sed ostende publice, id est in manifesto, ei qui te lexit, te offersum esse, et petere satisfactionem pro injurya vel damno tibi illato. Non precipit ergo eum qui offendit, publice et coram tota multitudine objurgari, sed ne offensus odium servet occultum; ideoque injuriam sibi factam manifestet ei qui illam intulit, petaque satisfactionem. Unde Tertullianus, lib. IV *Contra Marcion.* cap. XXXV, hunc locum accipit de correptione fraternali, quasi ea Judeis hic fuerit precepit.

NE HABEAS SUPER ILLO FECIATUM, — moliendo prescrip- tio. Ne habeas super illo feciatum, — moliendo prescrip- tio. Ne habeas super illo feciatum, — moliendo prescrip-

ta. Secundo et potius, nec privatum nec publice in iudicio petes ultionem ex rancore procedentem; omnem enim talis est peccatum in foro anime et coram Deo. Haec ergo lex supplet et Ultio. Ultio perficit legem talionis, latam Numer. XXXV, 19, et deuter. xix, 12, que permitit ut quis in judiciali foro vindictam expetat, quando illa in re est justa, licet male animo, et ex vindicta illam accusatorum, v. g. ut propinquos occisi homicidiam in-

terficiat; hoc enim licet in se justum sit, tamen si fiat ex vindicta, iniquum et peccatum est. Quare jubet hic Deus ut in talibus non querant ultionem, sed tantum jus suum, ut justitia vel private vel publice satisfiat.

Praelate Plutarchus: « Cibo, ait, utitur, iuxta naturam, qui esurit; at vindicta debet uti, qui nec sitit eam, nec esurit. Ut pater videns puerum volenter inceder, quippiam, arrepto ferro id facit, ita ratio vindictam criponis ire, utiliter casit. » Et Juvenalis, satyr. 3:

Infirmi est animi exiguae voluptas
Ultio: continuo sic collige, quod vindicta
Nemo magis gaudent quam femina.

Et Franciscus Petrarca, *dialog.* 101: « Nobilissimum, ait, vindicta genus est parcer. Ultionis momentanea delectatio est, misericordie semper. Multos vindicasse ponuit, neminem percuisse. » Sed quid illustris hac voce Christi, Matth. v, 39: « Ego dico vobis non resistere malo; sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, proba illi et alteram: » Et Pauli ad Rom.

cap. xi : « Nulli malum pro malo reddentes. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. »

Nec memori eris injuria. — Chaldeus : Non servabitis inimicities.

Judei poterant solos amicos diligenter esse, unde ? Refel hancur.

Amicos his vocat omnis pro minus sicut etiam et ex Chaldeo, qui veritatem etiam et ex Hierosolymam rea, quod non tantum amicos significat, sed et per metaphoram Hebreos usitatam transferatur ad eum qui nobiscum quavis ratione coniunctus est, sive cui nobiscum quipiam intercedit negotii : talis autem est omnis homo ; nam ut minimum omnis homo alter amicus, et cum alio coniunctus est communis ex prima parente origine, communis creatione et similitudine Dei, communis redemptio, communis Ecclesia et Sacramenta, communis gratia, charitate, ordinatione et cursu ad vitam eternam. Haec S. Augustinus, Hieronymus, Theophylactus in Matth. v; nam dilectionem inimicorum precepit fuisse Iudeus, patet Ezech. xxiii. 4.

Qualis et quanta debet esse hunc dilectio, suo exemplo docuit nos Christus, de quo S. Bernardus, serm. 20 in Cant. : « Dilexit, ait, me simul Deus fortiter, sapienter, et dulciter. Dulciter, quia carnem induit ; sapienter, quia culpam vivit ; fortiter, quia mortem sustinuit. »

Rursus S. Gregorius, libro X Moral. cap. vi : « Proximi, ait, dilectio ad duo precepta derivatur, cum et per quamdam justum (Tobiam, cap. iv, vers. 16) dicitur : Quod ab alio tibi oderis fieri, vide ne tu alteri facias. Et per semipsum Veritas dicit : Que vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis, » scilicet in rebus iustis et salutaribus : haec enim tantum quisque proximo regae a sibi, secundum rectam rationem velle et opere debet, ut pluribus et particularibus epis. declarat ibidem S. Gregorius.

Ita proximum, Agripam regem, amavit S. Paulus. Cum enim rex diceret : « In modo tuo suades me Christianum fieri, » subiecit : « Opto apud Deum et in modo et in magno, non tantum te, sed et omnes qui audiunt, hodie fieri tales, quales et ego, exceptis his vineulis. » Act. xxvi. 29.

Et S. Joannes, qui sexen in Collectis non aliud dicebat, quam : « Filiali, diligite alterutrum. » Rogatus cur idem semper ingeminaret, respondit : « Quia preceptum Domini est, et si solum fiat, sufficit ; » testis est S. Hieronymus in epist. ad Galat.

Et S. Dominicus, cuius haec erat vox : « Plus in charitatis codice didici, quam in universa sancta Scriptura. » Ex hoc codice praedicabat,

multosque convertebat, et suos ex eodem predicare volebat.

Et S. P. N. Ignatius, qui ut obsecrum eum ad amasiam corrigeret, aquis se immergens dixit : « Perge, miser, ad fodissimas tuas voluntates, impudentem capiti tuu ruinam non vides ? ego hic me tui causa tamdiu macerabo, donec justissimum dei furorem in te paratum avertam. » Testis est Ribadeneira in ejus Vita.

Et S. Xaverius, qui amicis Chinam ob pericula dissidentibus ait : « Non aliud mihi in votis est, quam ut vel more mea Sinarum salutem representem. » Testis est Tursellus, lib. III Vita ejus, cap. xv.

Sicut TEIPSUM. — Vox sicut non equalitatem, sed similitudinem significat : nam ordinata charitate magis diligit se homo quam proximum : similia tamen dilectionis signa exhibere debet proximo atque sibi ipsi. Sic accipitur et sic teipsum. — Deut. xviii, 43, Joannis xvii, 21 et 22, Isaiae 1, 26, Malach. iii, 4, ubi Malachias copiam honorum spiritualium in lege nova conferat cum ubertate legis veteris et priorum temporum, cum tamen in lege nova multo sit major.

Ego DOMINUS, — qui scilicet id ipsum licet arduum, iure meo exigo et precipo.

19. JUBEMENT TUE NON FACIES COIRE CUM ALTR. — Vers. 10.

RHUS GENERIS ANIMALIBUS. — Hebrei et Cajetanus hanc legem et duas sequentes putant non litteraliter, uti sonant, sed symbolice acplendiendas esse, ut scilicet tantum prohibent studium novitatis, et novae curiositatis, inquit Cajetanus, atque perturbationem et confusioneum, ut inter Hebreos nulla sit mala lingua et similitus, sed unitas perfecta et charitas, inquit Hebrei : rationem affirment, quod constet Iudeos habuisse mulos, qui ex diversi speciebus, puta ex equa et asino, generantur. Mulo enim insedit David, Salomon, Absalom aliquique filii Davidis, II Reg. xii, 29; et I Esdra n, 66, dicitur Iudeos Babylone redeuntes Muli habuisse mulos ducentos. Verum ali passim datus videtur, uti sonant, haec accipiunt : hoc enim plena et simpliciter verba ipsa significant. Itaque haec legem velabantur Iudei procurare congressum asini cum equa ad generandum mulos. Muli ergo quos haberunt Iudei, vel casu geniti sunt, sponte sua commixtis asino et equa ; vel ab aliis genitibus, commixtionem hanc et mulorum procreationem procurantibus, eisdem emerunt.

Causa huius legis fuit, prima, quia Deus volebat honestissime iuxta naturam institui Hebreos : congressus autem iste animalium diversae speciei est contra naturam ; secunda, quia nobilis Deus species animalium ab Hebreis permisera et confundi, sed quamque similiem et integrum in sua essentia permanere ; tertia, ne ipsi Hebrei curantes idoque spectantes hunc animalium congressum, similia disserent et imitarentur. Haec Theodoretus, Quæst. XXVII. Unde in Traditionibus Hebreorum preceptum invenitur

(ut R. Moses dicit), ut homines avertant oculos ab animalibus coequitibus : facile enim in hoc conspicetur excitor in homine motus concupiscentie, inquit D. Thomas mox citandus.

Tropologice Radulphus : Cum alterius generis animalibus, dominorum impulsu coequit jumenta, cum humanæ mentes ad vitia proune, pastorum surorum exemplo seductæ, mundi amatioribus conformantur.

Allegorice, Isayhius sic explicat, q. d. Non permettes fideles sectari circumlocutionem et baptismis.

AGRUM NON SERES DIVERSO SEMINE. — Hujus et sequentis legis causa literalis fuit, prima, ut per eas Hebrei novitatis et confusioneis ardem praeciderent, eosque admoneret simplicitatem et ordinis.

Secunda, quia voluit Deus haec ceremonia, videlicet simplicitatem seminis et vestis, coli potius, quam duplicitate : quia ita placet ei instituire, ut simplicitatem hominibus commendaret in victricem, omnique alia re. Deus enim cum in se sit simplicissimus, sitque ipsa simplicitas, ideoque unitas, primaria et causalitas rerum omnium, autem simplicitas, et adulterinas mixtiones sive carnis, sive spiritus in sua culta edidit et vetat, inquit Theodoretus.

Unde symbolice, S. Cyrilus, lib. VIII De Adoratione, ait haec legi biformes moris veteri. « Omibus nobis in conversionis initio nulla virtus mitigis necessaria est quam simplicitas verecunda, » ait S. Bernardus. Haec S. Job laudatur quod fuerit vir simplex et rectus. « Simplex quia nullum ludere, immo prodesse desiderabat ; rectus, quia se a nullo corrumphi permittet, ait Deus, lib. I De Templo Salomonis. Hinc Sapiens, Prov. xi, 20 : « Abominabile, ait, est cor pravum, et voluntas eius in his qui simpliciter ambulant. » Et cap. x, 7 : « Justus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet. » Simplex, ait S. Augustinus, homil. 2 in Joan., etsi explicando a mundo ; impliante, duplex eris. » « Quid, ait S. Hieronymus, simplicitas divinitus ? quia sicut bonus paterfamilias satis sibi abundant, et sua primitate contenta, non querit alienum : ne abredit, sed se de ceteris fingit : ne se in variis partibus communitat, sicut astutia, que ut sit cauta, utmet omnia, nec suis consilii credit : versat ipsa suas sententias ; simplicitas autem timore nil novit. » Et rursus : « Prudentia absque simplicitate malitia est, et simplices absque ratione stoliditatem nominatur. » Hinc Christus ait : « Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae. »

Audi et Gentiles, Cicer, libro I De Officiis : « Compendiaria, ait, via ad gloriam est, ut qualis quisque haberi vult, talis sit. » Et libro De Amicitia : « Aperte odisse vel amare est magis ingenium, quam fronte occultare sententiam. » Se neca, epist. 10 : « Virtutem, ait, bona sequitur fide, qui se non exornat et pingit ; sed idem est

sive ex denuntiato videatur, sive imparatus et subito ; veritas in omnem partem sui semper extendit, » Idem ad Neronem : « Nemo, ait, potest personam fictam diu ferre, facta in naturam suam cito recidunt. » Idem in Prov. : « Malus, ait, ubi se bonum simulat, tunc est pessimus. »

Tertia, velut Deus haec seminum commixtum in agricultura, « ad detestationem idolatriæ, quia Ægypti in venerationem stellarum diversas communiones faciebant, et in seminibus, et in animalibus, et in vestibus representantes diversas conjunctiones stellarum. Rursum, omnes hujusmodi communiones prohibentur ad detestationem cultus contraria naturam, » inquit D. Thomas, Quæst. CII, art. 6, ad 9.

Tropologice, agrum non seres diverso semine, Tropolo-
gic.
id est, non docebis contraria divinis doctrinis in
Ecclesiæ, inquit Isayhius Secundo, Rudulphus.

Diversum, inquit, semen seminat ecclesiastes, qui bona loquuntur, et mala operatur ; qui verbo tritum spargit, sed exemplo peccati sementem discipulorum cordibus injeicit.

VESTE QUAE EX DUOBUS TESTA EST, NON INDUERIS. Veste ex lana et lino, non autem ex lana et lino, sed que ex duobus, puta lana et lino, contexta est. Ita Chaldeus, et ita explicatur hoc lex Deuter. xxxi, 41. Excepte ab hac legi vestes pontificis : haec enim erant variegatae, contextæ ex lino sive byssu, cocco, purpura et hyacintho. Imito Josephus asserit ea de causa laicis hic veteri vestem bilicem, puta ex lino laqueo contextam, ne scilicet ipsi vestirentur ut pontifices, sed vestes, uti et statu, ab eo discriminarentur.

Tropologice Radulphus : Lana, quia crassior est, opus visibile ; linum, quia subtilius est, occultum malitiam significat ; vestem ergo ex lana et lino contextam induunt, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, Psalm. xxvii. Sic et S. Cyrilus, lib. VII De Adoratione, pag. 444 : Figurate, ait, lex velat dubitatem, videlicet hominibus placendi cupiditatem, que ex duobus, componitur studii et voluntatis, scilicet ex verbo esse malum, et velle hominibus videri bonum. Similiter habet Rupenus, lib. I in Deuter. cap. xviii, et Procopius in Deuter. xxii, 11.

20. ETIAM NUBLIS. — Ita legendum cum Romanis, non nobilis, uti habent Plantinianæ. Hebraice enim est נְבָנָה נְכַחֶרֶת, hoc est despontata, id est despontabilis viro : participia enim passiva apud Hebreos sepe capiuntur pro nominibus verbis (1).

VAPULABUNT ANBO. — Hebraice, vapulatio eis erit (1) Sensus hebus vocis propriis est templum, vel vendita, vel viro, hinc despontata : solent enim Orientales a vendendo emendando despontationem dicere. Cf. Exod. xi, 15, sequitur, et redimento (infinit. absol. hophal) non est redempta (que non prorsus est redempta), aut cui libertas non est data (dato scil. libertatis libello, gratis.)

tum est : quare inepte illud torquent heretici contra tonsuram monachorum, uti ostendit Bellarminus, libro II *De Monachis*, cap. XL. Septuaginta vertunt : οὐδὲ μανίστε εἰς τὴν κίρην, non faciatis sisēn ex coma vestra. Videntur Septuaginta vocem sisēn accepisse ab Hebreo πέπτιστι, id est cincinno, ut patet *Ezech.* vni, 3; nam Suidas sisēn interpretatur πέπτιστον, id est capillum plicatum et Cyprianus, lib. III *Testimon. Testimon.* 83, sisēn verit. círūm. S. Petrus, epist. I, cap. iii, vers. 3, sisēn videtur vocare πέπτον πλεύρα, id est, capillorum plicationem, quod noster Interpres verit. *capillitatem*; S. Paulus, *I Timoth.* II, 9, vocat πλεύρα, id est intortos crines; Latini vocant capillitum calamistratum, sive calamistris in cincinno reflexum.

*Clochini
Judas
vettii.
eius?*

Censem ergo Septuaginta cincinno hic vetari, et de iis accipi possunt Hebrei, que sic ad verbum sonant : Non circulabitis, non faciatis rotundam, vel non concinnabitis extremitatem capituli vestri. Ratio est, quia cincinno et calamistrati capilli signum sunt mollis et effeminati animi, ideoque viros dedecent.

Sint procul a nobis juvenes ut feminae compti.

*Sicut dicit Hinc illa gravis Archeslai sententia apud Plutar-
moderum chum, qui cum videret juvenem castum, sed cin-
cinnatum, vocem fraculae, et oculos ludibundos,
dixit : Nihil interest, ait, quibus membris ci-
neci sitis, posterioribus, an prioribus ; et Plau-
tus in Asinor. : Quisnam tibi credat, cincide
calamistrat ? et Synesius apud Celsium, lib. XV
Antiqu. vni : Nullus comatus, qui idem non
sit cindens ; et S. Ambrosius, lib. III *De Virgin.*
« Cincinni, ait, non ornamenta, sed criminis sunt;
lenocini forme, non praecepta virtutis. » Cincinnatus
fuisse quasi titulum meretricium docet Clemens Alexanderius, lib. III *Pedag.* cap. iii. Merito ergo Tiburtius in Vita S. Sebastiani, *Torquatum cincinnatum*, se Christiano nomine censemtent incepunt; cumque ambo religionis causa judicii sisterentur, ex quaestus de fide Torquatius respondebat se esse Christianum : « Credisne, ait Tiburtius, vir illustrissimo, hume esse Christianum, qui in sui lenocino molleando, capituli fibras admittit, etc. : nunquam tales pestes Christus dignatus est habere servos suos. » Adeo sibi damon in cincinnis placet, ut Cincinnatum nomen aliquando usurparit. Celsius, lib. VIII, cap. x, eum se, et tolam fere Italianam audivisse de mulieris utero loquentem, memoria prodidit. « Cin-
cinnatus damoni nomen erat; hac illi appella-
tionis gestione inclamanti reprobat: si de praeteritis aut presentibus sciscitantes quis recendi-
tissima forent, responsa dabant mirifica; si de fu-
turi, semper mendacissimus. » Ita nunc, adoles-
centes, ite, nobiles, capillos religate, inungite,
crispate, ite, nova gloria diuinitum, inferorumque deliciae : vos ille amat, ad vestrum nomen exultat ac *ressilit*, *prosternit* pudorem ac formam.*

*Demon-
cincinnatus.*

Decalabit aliquando Dominus verticem filia-
rum Sion, et erit pro crispanti crine calvitud. *Isaia* iii.

Facessant ergo isthac virorum opprobria, mas-
culi virtutis dedecora, nobilissimi sexus maculae,
libidinis testes, infamie nota, atque ab equis et
armis ad colum et pensa trudantur.

Audiant virgines illud S. Hieronymi *ad Deme-
trianum* : « Cincinnatus pueros et calamistratos,
et peregrini muris olentes pellentes, quasi quan-
dam pestes et venena pudicitias virgo devit. »

*Bartoli
Barba
symbolo
primo
viri
secundo
virginis
tertiis
perfectio-
nis
quatuor
fortitudi-
nis
quinto
sapientie*

Rudolphus. Barbam tondere non erat vetitum Judeis, sed rader, superduerat, verbis gratia, novacula, ut fit in coronis quam sacerdotes gestant in vertice; hebrei est : Non destrues extremitatem barbae tuae; volunt enim Deus in populo suo *barbam*, quasi virilitatis insigne apparere; barba enim virum significat. Unde Dionysius barbam se ideo gestare respondebat, ut se virum esse subinde recordaretur; et Artemidorus filios tantum ornamenti patribus afferre dixit, quantum ori barba decoris addit. Cynicus quoque apud Lucianum, tam deformes putata esse ornatum barbae auferre viris, quam leoni jubar attondere tui.

Laco quidam, interrogatus cur tam prolixam alerat barbam, respondit : Ut canos videntis nihil illud indignum in me admittam. Testis est Plutarchus in *Zacoma*, qui et ibidem addit Lacones comam alere solitos, Lycungi memorantes dictum, qui comam formosis pulchritudinem augere, deformes terribiliores reddere pronuntias- set.

Theseum denique perhibent tondere barbam nunquam voluisse, ut virtutem ipse suam ex pro-
fiteretur indicio. Barba ergo *primo*, est insigne viri; *secundo*, virtutis; *tertia*, perfectio-
nis, *quarto*, fortitudinis, *inquit Eucherius*; *quinto*, sapientie, *inquit Rudolphus*. Barbam ergo reservare jubentur Hebrei, ut etiam in vultu ha-
bitu, virtutis et sapientiae formam ferre videantur. Excipluntur ab hac lege leprosi jam minuti; hi enim in legali sua purificazione omnes corporis pilos raderet debebant, juxta legem *Levit.* xiv, 9. Porro apud Christianos clerici non radunt, sed tondere barbam, ex veteri ritu; mo-
nachii vero, quasi mundo mortui, radunt, licet in diversis Ecclesiis hujuscemodi rei diversus fuerit mos. Vide Baronium, anno Christi 38.

Fallitur ergo, fallitque Marius Polonus in *Chronico*, et Petrus de Natalibus lib. IV, cap. lvi, qui Aniectum Pontificem barbam sequere ac co-
mam Clericis vetuisse scribunt. Nam in decreto Aniecti, 23 distinct. cap. *Clericis*, nulla barbe fit mentio. Ex traditione enim Apostolorum est, ut Clerici barbam alant, uti docent Clemens Alexan-

(1) Hebr. est, *nec delebis*, id est rades, *angulum*. id est extremam partem, *barba tua*. Fortasse etiam hic erat mos superstitionis alienus vicini populi.

drinus, lib. III *Pedag.* cap. iii, Cyprianus, lib. III *ad Quirinum*, Epiphanius, *haeres.* 80, praterqua, 1 quod Apostolorum icones omnem dubitationem in-
victigunt. Clerici ergo uti comam tondebant, ita barbam alebant. Hinc illa sanctio Concilii Car-
thaginensis IV, can. 44 : « Clericos neque comam
nutriat, neque barbam radat; » sic enim legit Codex Vaticanus M. S. Perperamus ergo aliquis miso-
pogon, ut barbam sacerdotibus eraderet, et radat
erasit, ut erasum est in decreto Burchardi, lib. II,
cap. CLXIV, et cap. v *Extrah. De vita et honest. Cleric.*
Sane Sidonius Apolinarius, lib. IV, epist. 24 ad *Turnum Maximum*, olim palatinum, nunc sacerdotem, ita pingit et celebrat : *Habitus viro*, gra-
dus, pudor, color, sermo religiousus; tum coma
brevis, barba prolixa.

28. ET SUPER MORTUOS NON INCIDENTIS CARMEN VES-
TRAM. — *Deuter.* cap. XIV, 18, etiam vetapulito capillorum : *idque primo*, ne nimio luctu Judei prosequantur mortuos, sed potius spe resurrec-
tione lucuti modum ponant. Pulchre et vere S. Hieronymus *ad Paulum* super obitu Blesillas : « Cur, ait, dolamus quemquam mortuum? an ad hoc natu sumus, ut maneamus eterni? Abraham, Moses, Iacobus, Petrus, Jacobus, Joannes, Paulus, electionis vas, et super omnia Filius Dei moritur; et nos indignamus aliquem exire de corpore, qui ad hoc forsan ruphis est, ne malitia mutaret intellectum eius; lugere mortuus, sed ille quem gehenna suscipit, quem tartarus devorat, in cuius penam eternus ignis esturat. Nos quixurum honor angelorum turbam comitatur, quibus obliuia Christus occurrit, gravem magis, si diutius in taber-
naculo isto moris habitemus; quia quadriga hinc morarum, peregrinamur a Domino, etc.

Secundo, qui idololatrie, maxime Syri Judaei vicini, indeque ipsi Judei, hebrei faciebant in luctu, carneumque incidebant, ut patet III Reg. xviii, 28(1). Idem de sacrificiis matris deorum testatur S. Augustinus, lib. II *De Civit. xxvii*, et lib. VII, XXVI, ubi sic ait : « Credita est mater magna vires Romanorum adjuvare, exsuscitare virilia virorum; unde et sacerdotes eis festo profundebant se san-
guine, incidentes varnes brachioribus; summus autem sacerdos amputabat sibi virillum, in hono-
rem primi sacerdotis istius deae, dicti Atis. »

Audi et de Scythis Herodotum, lib. IV *« Scy-
thorum custode. »*

(1) *Neque figuras*, etc. Quas egregie descripsit Pruden-
tius, Hymn. 10 *m̄pi ἀπεργόν*:

Quid cum sacerdos accepit sphragidas?
Aces minatus ingenerat formacibus,
His membra pergit urea, utique igniverat,
Quamcumque partem corporis fervens nota
Signavit, hanc sic consecrat predicant.

Nimirum hisce characteribus se quasi servos Numinis
proficiebant, cujus singularum characterem gerabant.
Sic referente scriptore tertii Machabeorum libri, non
procul ab initio, Polymitus Philopator justus Judeos,
qui idola defecerant, *descriptis signis igne in cor-
pore, insigni Barbi hedera folio.*

*Medio-
bra in
vert in
siderat
carne
anæ.*

Ungubus ora soror fedata et pectora pugnat.

Et Ovidius, lib. III *Trist. eleg. 3 :*

*Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos;
Non tibi nume primum, lux mea, regulus ero.*

Et Servius in III *Eneid.* sic ait : « Varro dicit mulieres in exequis et luctu solitas oculis lacerare, ut sanguine ostendo inferis satisfaciant. » Quocirca id velutum fuit Leg. xii *tabut*, ubi, teste Cicero, lib. II *De Legibus*, hec erat sanctio : « Mulieres genas ne radunt. » Insuper capillos in luctu solviss et laniasse, docet Ovidius, lib. VI *Metamorph.* fabula 7 *De Philomela* :

Mox ubi mens redit, passos lanians capillos.

Et Tibullus, lib. I, *eleg. 1 :*

*Tu manus ne lade meos, sed parce solutis
Crinibus, et teneris, Delia, parce genis.*

Claire vero Cicero, *Tuscul.* III : « Ex hac, ait, opinione sunt illa varia et detestabila genera lu-
gendi, predores mulieres, lacerationes generum,
pectoris, capituli percussionses. Hinc illa Agamem-
non Homerius, et idem Accianus, scindens dolore
identem intonsam comam. In quo facet illud Bionis : Porinde stolidissimum regem in luctu capi-
llum sibi evelere, quasi calvito mœror levatur, » cum potius vulsionis dolore augeatur. Audi et Plutarchus in *Consolatoria ad Apollonium* : « Barbarorum, inquit, nonnulli corporis partes
abscindunt, narcs scilicet et aures, reliquum quo-
que corpus plectentes. »

30. SABBATA MEA CUSTODITE. — Sabbatum hic quotidien festum significat per synecdochen : erat enim sabbatum omnium festorum maximum.

ET SANCTARIUM MEUM METUTE, — q. d. Taberna-
culum et templum meum reveremini, tum im-
mundi irreverenter ne accedatis, tum ne curiose
illud scrutemini, neve ulterius illud ingredia-
mini quam a me prescriptum est : non enim pu-
terant laici ingredi Sanctum, immo nec atrium sa-
cerdotum. Est hinc alia lex a precedenti de sab-
batis.

31. NON DECLINETIS AD MAGOS. — Hebrei *ad*
pythones, qui demones habent familiarem, maxi-
mum ventrioloquum. Hi enim vocantur *תְּבָנָה ob*, ab eo quod ex eorum ventre, quasi *Barbi* hedera folio.

demon (1); quos Graeci vocant *τρεπαύειν*; id est, *ex intestinis vaticinantes*, inquit Theodoretus, Quast. XXIX; unde et Septuaginta hic et alibi cos vocant *Ἐγραπτούσους*, id est *ventriloquos*.

NEC AB ARIOLIS ALIQUIS SCISCITEMINI. — Arioli proprio vocantur, qui ex victimis immolatis divinant. Ars hec primo inventa est a quodam qui Tege vocatus, quem ferunt inter arandum de terra prosiliisse, teste Lucano, lib. I De Bello civili, et Boccacio, lib. I De Geneal. deorum. Hujus rei etiam meminit Ius Canonicum 24, Quest. V, cap. Episcopi. Pro ariolis hebrae est *כְּנָעַן יִתְדֹּבֵר*, id est *divinus*.

Mars. 32. 32. HONORA PERSONAM SENS, ET TIME DOMINUM, — Moral. q. d. Si senes non times, time saltem Deum, et propter timorem domini senes honora: jubet norandi, enim hic Deus eis honorari. Idque primo, quia ob se juvenes gerere se debent cum senioribus, causas. Prima. quam discipuli cum magistris; at magistrorum est sedere, discipulorum eis adstare et auscultare. Unde Theodosius Imperator jussit filios suos adstare coram Arsenio, magistro suo.

Seconda. Secunda, quia, ut ait Aristoteles, lib. IX Ethic. cap. II: « Omni seniori honor proestate reddendus est, assurgendo, et sessione dicendo, » etc. Idem docet Plato, dialog. IX De Legibus, et Cicero, lib. De Offic. : « Est, inquit, adolescentis majoris nati vereri. »

Tertia. • Tertio, quia in senibus præter excellentiam atatis, est excellenter experientia, et prudentia ex aetate longiore. Hinc senes olim regebant rem publicam et a senibus nomen accepit senatus, perinde ac *άρχοντες* apud Spartanos *γέροντες*, qui erat magistratus regi assidens. Unde S. Thomas ait senectutem esse signum virtutis, ideoque honorandam, licet quandoque virtus deficiat. Hinc Chaldeus, pro eo quod nos habemus, *coram cano capite consurge, verit, coram eo qui doctus est in lege consurge*.

Quarto, quia omnes pene nationes instinctum naturen senes honorarunt. Spartani, teste Plutarcho, in theatro *venientibus* seculis consurgebant omnes, et eos sessum recipiebant. Romani adolescentes in curia deducabant seniores, extra curiam eos prestatabant, ut dominum reducerent. Audi Juvenalem, satyr. 43:

Crēdebat hoc grande nefas et morte piandum,
Si juvenis vetulo non assurererat.

Hispanis haec vox *senior*, non nihil detorta in *señor*, et Itali in *signore*, significat *dominum*. De Audi Juvenalem, satyr. 43:

(1) Alter Drach: Quod incantator diemone fatidico obsessus, quasi *uter*, seu *vas* et *vagina* hujus Pythonis esse videbatur.

(2) *Mensura*, cava scilicet, qua siccata, ut *legumina*, et *liquores*, ut *vinum*, *oleum*, metiri solent.

CAPUT VIGESIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Decernitur pena mortis, puta lapidatio, idololatria, consulentibus magos, mateticis in parentes, incesta et proposita libidini; haec ergo leges sunt judiciales et capitales.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Haec loqueris filiis Israel: Homo de filiis Israel, et de advenis qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur; populus terra lapidabit eum. 3. Et ego ponam faciem meam contra illum; succidamque eum de medio populi sui, eo quod dederit de semine suo Moloch, et contaminaverit Sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum. 4. Quod si negligens populus terra, et quasi parvipendens imperium meum, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere: 5. ponam faciem meam super hominem illum, et super cognationem ejus, succidamque et ipsum, et omnes qui consenserunt ei ut fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui. 6. Anima, qua declinaverit ad magos et ariolos, et fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, et interficiam illam de medio populi sui. 7. Sanctificamini et estote sancti, quia ego sum Dominus Deus vester. 8. Custodite præcepta mea, et facite ea. Ego Dominus qui sanctifico vos. 9. Qui male-dixerit patri suo, aut matre, morte moriatur: patri matrice maledixit, sanguis ejus sit super eum. 10. Si moechatus quis fuerit eum uxore alterius, et adulterium perpetraverit, cum conjugi proximi sui, morte moriantur et moechus et adultera. 11. Qui dormierit cum novera sua, et revelaverit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos. 12. Si quis dormierit cum nuru sua, uterque moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos. 13. Qui dormierit cum masculo coitu femineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur: sit sanguis eorum super eos. 14. Qui supra uxorem filiam, duxerit matrem ejus, scelus operatus est: vivus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri. 15. Qui cum jumento et pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. 16. Mulier, quæ succubuerit cuiilibet jumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. 17. Qui acceperit sororem suam, filiam patris sui, vel filiam matris sue, et viderit turpitudinem ejus, illaque consperxerit fratris ignominiam, nefariam rem operati: occidentur in conspectu populi sui, eo quod turpitudinem suam mutuo revelaverint, et portabunt iniuriam suam. 18. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, et revelaverit turpitudinem ejus, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficietur ambo de medio populi sui. 19. Turpitudinem materteret et amite tua non dis-cooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis sue nudavit, portabunt ambo iniuriam suam. 20. Qui coierit cum uxore patru, vel avunculi sui, et revelaverit ignominiam cognationis sue, portabunt ambo peccatum suum; absque liberis morientur. 21. Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui revelavit; absque liberis erunt. 22. Custodite leges meas, atque judicia, et facite ea, ne et vos evomat terra quam intraturi estis et habitaturi. 23. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim haec fecerunt, et abominatus sum eas. 24. Vobis autem loquor: Possidete terram eorum, quam dabo vobis in hereditatem, terram fluentem lacte et melle; ego Dominus Deus vester, qui separavi vos a ceteris populis. 25. Separate ergo et vos jumentum mundum ab immundo, et avem mundam ab immunda; ne polluatis animas vestras in pecore, et avibus, et cunctis quæ moventur in terra, et quæ volu-

ostendi esse polluta. 26. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum; ego Dominus, et separavi vos a ceteris populis, ut essetis mei. 27. Vir, sive mulier in quibus pythonicus, vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur. Lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos.

2. HOMO DE FILIS ISRAEL ET DE ADVENTIS, — puta de Gentibus conversis ad iudaismum et circumcisio: hi enim per circumcisionem transierant in legem et Ecclesiam Iudeorum, ac consequenter omnibus preceptis ceremonialibus et judicialibus Iudeorum obligabantur. Ita Abulensis.

POPULUS TERRE (plebs) (1) LAPIDABIT EUM.

3. SUCCIDAMQUE EUM DE MEDIO POPULI SUI. — Si videlicet judices eum plectere et lapidare neglexerint (ut sequitur), tunc ego quasi vigi utori casuali morte eum plectam et succidam. Vide dicta cap. xvii, 10.

EO QUOD DEBERET DE SEMINE SUO MOLOCH, ET CONTAMINAVERIT SANCTUARIUM MEUM (tali enim tabernaculo et templo meum habuit ut contaminatum, illudque vilipendit, & gravem injuriam et ignominiam illi irrogavit, dum ab eo ejusdem cultu ad Moloch et Topheth se convertit), AC POLLUEBAT NOMEN SANCTUM MEUM, — nomen Dei dando ipsi idolo Moloch. Quantum peccatum si profanare nomen Dei, docent Hebrei hinc dubios axiomatis: *Primum*: Quicunque violat nomen Dei in oculo, de illo pena sumotur in proportionate. *Secundum*: « Alia peccata eorumque punitione suspenderunt per penitentiam et diem expiationis; in quoemque vero inventa fuerit violatio nominis divini, penitentia, dies expiations et castigations suspendunt, mors vero expurgant. »

4. QUOD SI NEGLIGENS POPULUS TERRE. — Repehit, explicat et inquit id quod dixit vers. pro. 24, q. d. Quod dixi, « succidam eum, » intellige si populus eum punire neglexerit: tunc enim ego id non negligam, sed succidam eum Ita Abulensis.

6. ANIMA (HOMINI) QUA DECLINAVERIT AD MAGOS ET ARIOLOS, — Hebreos, ad pythones et divinos. Vide dicta cap. xix, 31.

Et FORNICATA FUPIT CUM EIS, — eis adhenserit, et per consequens diemoni, me vero Deo et animas spacio relictio.

8. EGO DOMINUS QUI SANCTIFICO VOS, — qui jubeo et vobis vos esse sanctos: ponitur enim hic verbum reale pro mentali, iuxta Can. 41.

9. QUI MALEDIKERIT PATRI, SANGUIS EIUS SIT SUPER EUM, — « Sanguis, » id est reatus et pena sanguinis, hoc est mortis quam meruit, q. d. Sua culpa pereat, et morte puniatur per iudicis sententiam.

10. MORTE MORIANTUR ET MOECHUS ET ADULTERA. — Statuuntur hic in adulteros pena mortis, nimivimus lapidatio, ut exprimitur Deuter. xxii, 23 et 24. Penna enim lapidatio quis in dantes semen Moloch sancitur, vers. 2, utpote primo loco po-

(1) Populares ejus, sive populus ejus regionis, in qua habitaverit.

sita, ad alios sequentes casus, et consequenter ad adulteros hos referenda videatur, ea quod alia deinceps non apponatur nec exprimatur, ut clariss os ostendam vers. ult. Et hoc est quod Iudei de adultera dicunt Christo, Joan. viii, 5: « In lege Moses mandavit nobis hujuscemodi lapidare. » Idem patet Ezech. xvi, 38, juncto cum vers. 40. Idque discrete doceat Hieronymus Prado ibidem (2).

41. QUI DORMIERIT CUM NOVERCA SUA, ET REVELARERIT IGNOMINIAM PATRIS SUI, — Turpitudine enim noverca est turpitudine patris; per matrimonium enim facti sunt quasi una caro. Vide dicta cap. xviii, 8.

SANGUIS, — pena sanguinis, id est mortis, uti dixi vers. 9.

42. QUI SUPRA UXOREM FILIAM, DUXERIT MATEREM EIUS, SCELLUS OPERATUS EST, VIVES (3) ARDEBIT CUM EIIS, — puta cum filia et matre quas duxit, si videlicet utraque consenserit ut altera superinducatur, vel si simul illi nuperint: nam si una prius nuptia repugnasset secundo matrimonio, cum matre vel filia inuenito, non erat, nec puniri poterat. Incendii pena statutus huic incestui, cum aliis etiam gravioribus criminibus statutus statutus pena est; tamen iste est maxima pena incestum pena lapidatio. Quia magis ad hunc incestum proelives erant Iudei: unde ille eis graviori pena interdicendum erat.

Audi Gentilis virgines, que incepitum vindicarunt per parcidium: tragediam narrat ex Aristotele: Plutarchus in Parallelis: « Rose, ait, cum celebraturo Liberalia, Aruntius, qui ab ora fumaris abstemuit, vim Liberi despicere habuit. A quo in obiectum conjectus, filiae sue Medullinae virginitatem per vim eripiuit. Ea ex annulo violatore agnoscens, major aetate sua facinus meditata, patrem inebriavit ac coronavit; adductumque ad aram Fulminis, illacrymans interfecit eum qui sua virginitati insidiis struxerat. » Addit Plutarchus similem, imo duplicum tragediam: « Cyanippus, ait, Syracusanus eburis filiam Cyanem compresist. Peste oborta, cum Apollo Pythius respondisset incestum hominem esse ditis averunctoribus malorum immolandum, Cyanus sensum oracula alios fallentem percipiens, crinibus

(2) Priori hujus vers. parte Moses hoc velle videatur: Omne adulterium supplicio mortis dignum est, non solum illud, quod cum uxore homini non cognati committitur, sed hoc etiam, quod cum uxori cognati patratur. Non enim sentendum est, inter cognatos exceptionem locum habere, quia amicorum omnia sint communia, et injuriam ejusmodi nullam esse, animoque equo forendam.

(3) Vox stans neque in hebreo, neque in antiquis versionibus reportatur. Haec Alioth constat istiusmodi factoris reum pruis lapidatum fuisse, deinde ad infamiam flammis traditum. Cf. /*syn.* vii, 18, 25.

arreptum patrem prostravit, ac eum seque insuper jugulavit. » Addit tertium de Valerio, qui cum filia, alias putans, congressus, re cognita, se ppa merore de precipitio deicit. Item quadram: « Papirius, ait, Romanus Cannium sororem amorem gravidam fecit. Papirus Toluer pater, re cognita, gladium filie misit; ea se confudit, idemque feuit Romanus. » Pari modo: « Macareus, ait, cum sorore corpus miscuit; ea, cum puerulum peperisset, pater misit eiensem ad necandum prolem: ita hoc impium rata, interfecit seipsum. »

7. 17. QUI ACCEPERIT SOBORON SUAM (etiam ex altero tantum parente; huius enim est quod sequitur) FILIAM PATRIS SUI, VEL FILIAM MATRIS SUE, ET VIDERIT TURPITUDEM EIUS, etc., OCCIDENTUR, — quia ista demonstratio membrorum horum inchoatesissima est, et praedictum ac inchoatum ad copulam. Secundo, recte S. Augustinus, *Ques.* LXII, si viderit explicat per tetigerit et concubuerit. Precedit enim: « Qui accepit; » et sequitur: « Eo quod turpitudinem suam mutuo revelaverunt; » que phrasis passim hic et cap. xviii, non solum aspectum, sed et congressum significat. Vide dicta Exod. xx, 18.

PORTABUNT INQUITATUM SUAM, — iniquitatibus sumponam, sollicito lapidationem et mortem.

Vers. 18. 18. QUI COHERIT CUM MULIERE IN FLUXU MENSTRUO, IPSAQUE APERCUERIT FONTES SANGUINIS SUI (id est membrum genito), per quod sanguis menstruus fluit, INTERFICIENTUR AMBO, — quia his congressus

concedit est inchoatus et prolixus. Nota: Congredi cum menstruata, non videtur ex solo iure nature tam grave esse malum et peccatum, ne proli gerande item noxiu, ut morte pectendum sit.

Unde Theologi graviores (sicut aliqui contrarium sentiant) docent jam in lege nova non esse mortale peccatum, si maritus congediatum cum uxore in menstruis constituta. Hoc docet Navarus, cap. XVI *Euchrida*, num. 32; idem docent D. Antonius, Paludanus, Abulensis, Soto, Cajetanus et alii quos citat et sequitur Thomas Sanchez, lib. IX *De Matrimonio*, disput. 21. Unde sequitur congressum cum menstruata Iudeis hic vetari tam severe, legi non tam naturali quam positiva et ceremoniali, perinde ac eadem vetuit fuit enim eus adipisci et sanguinis sub pena mortis, cap. vii, 25 et 27. Par ergo modo menstruata et congediatum cum ea intentatus hic pena mortis, non tam ob prevaricationem legis naturalis, quam ceremonialis ita rigide hanc immunditatem venatis, eo quod Deus vellet Iudeos corpore esse purissimos.

Dices: Si haec lex est ceremonialis, cur ergo ponitur hic inter alia naturalia precepta?

Respondeo: Quia haec omnia congressum et libidinem spectant, et quia congressus hic cum menstruata jure naturae malus est et vetitus, ac peccatum saltem veniale; accedente vero hoc precepto dei positivo, erat peccatum mortale; non mirum naturale preceptum cum positivo

permiseri; sic enim haec precepta permiscentur cap. preced., Exod. vers. 20, et alibi.

19. QUI HOC FECERIT, IGNOMINIA GARNIS SUE (consanguineos sue, puta matrem vel amite, ut patet ex Hebreo et Chaldeo) NUDAVIT.

20. COGNITIONS SUE, — patrii scilicet vel avunculi, uti processit.

ABSCUE LIBERIS MORIENTUR. — Hebreo est, orbi morientur, q. d. Hi incestosi non sinuntur in hoc scilicet permanere, donec liberos habere possint, sed statim ut scilicet fuerit, per iudicis sententiam occidentur. Hoc enim significat non portabunt iniuriam suam, id est penam iniquitatis sue, scilicet mortem; quod versus et casu sequenti, ubi pariter dicunt: « Absque liberis erunt, » pari modo repetendum est; tam enim illi incestui quam huic decernitur pena mortis, idque statim, ita ut proles quam querunt ex eo, non sinatur concepi. Ita Abulensis. Cui adde videtur hic Deum peculiariter incestuosem orbitalis intentare, quasi ipse peculiai sua providentia factus sit, ne ex talis incestu proles successet. Sic enim et hodie tales liberos manere sepe experimur, idemque se expertum esse assurit S. Gregorius, ad interrogationem S. Augustini Anglorum Episcopi, cap. VI.

Alius S. Augustinus, Radulphus et Cajetanus explicant absque liberis erunt, q. d. Si qui eius nati fuerint filii, spurci reputantur, non filii, et nullo iure parenti succedant.

21. REM FACIT ILLICITAM. — Hebreo *תְּנַדֵּה*, id est fugienda, aversanda, abominandam.

22. NOLITE AMBULARE IN LEGITIMIS NATIONUM (in *V*ritate vivendi Gentium) QUAS EGO EXPULSUS SUM ANTE VOS, — coram vobis, in terram eorum, puta Chananeam, subinventantibus.

23. TERRAM FLUENTEM LACTE ET MELLE, — terram fertilissimam; est hyperbole.

25. SEPARATE ERGO ET VOS JUMENTUM (animal vel pecus). Ita Hebreo et Chaldeo MUNDUM AB IMMUNDO. — Vide de hac animalium distinctione dict. cap. XI.

NE POLLUTATIS (partim per inobedientiam, partim per irregularitatem legalem) ANIMAS VESTRAS, — id est vos ipsos.

26. ERIT MIHI SANCTI, QUAIA SANCTUS SUM EGO DOMINUS. — Loquuntur hic Deus omnibus Israelitibus, non solum sacerdotibus, sed et laici. Pie hanc sententiam perfracta Adamus Sasbout, *homil.* 1 et 2, camque in prima laici, in secunda sacerdotibus adaptata.

Nota: Sanctus hebreice vocatur *שָׁנָדֵךְ* *cados*, id est segregatus ab usibus profanis, et Dei cultui destinatus et quasi consercatus, qui proinde purus a vitiis, castus, incontinentius et purus a sorribus esse debet. Secundo, sanctus grecice dicitur *ἅγιος*, vel *ἅγια*. Origenes ἅγιος: dies putat quasi ἅγιον, id est sine terra. Verum a privativum, id est sine, caret aspiratione que est in ἅγιον. Quare melius allii ἅγιον; et ἅγιον ab ἅγιον, id est

COMMENTARIA IN LEVITICUM, CAP. XX.

Alo, veneror, quasi dicas : Ob virtutem et puritatem colendus et venerandus. *Tertio*, Latini sacerdos deducunt a sancto, quod a sanguine dicitur, eo quod maculae hostiae sanguine fodera solerent sancrum, id est confirmari. Unde Servius explicans illud *Eneid.* XII :

Audit haec genitor, qui fodera fulmine sancti :

« Sanctum, ait, dicitur, quasi sanguine sanctum et consecratum. » Unde et *sancro* vocatur lex, qua violentibus pena prescribitur. Hinc sanctum dicitur quod religiosum est, ita ut violari non licet. Sanctum ergo *primo* dicitur, quod purum est et impollutum. Unde Virgilius, lib. XII *Eneid.* : « Sancta, ait, ad vos anima, atque istius nescia culpe descendam. » Et : « Tugue, o sanctissima (id est purissima) conjux. » *Secundo*, quod religiosum est et divinum, ideoque inviolabile. *Tertio*, quod firmum est et perpetuum. Unde enim fodera sanguine sancta habebant sancta, quod ea usque ad sanguinem et mortem rata et firma, sancte et inviolabiles essent conservanda.

Sic ergo Judei, et multo magis Christiani, eorum Deo sancti in omnibus actibus et moribus esse debent; sancti, inquit, iuxta omnia etyma omnesque modos jam dicitos. Tam enim Iudeis a Mose dicitur *Ezod.* xix, 6, quam Christiani a S. Petro, epist. I, cap. II, 9: « Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. » Sic Christus est Sanctus Sanctorum, *Daniel.* ix, 14. Sic sanctissima, id est purissima fuit B. Virgo Deipara. Sic ait David, *Psalm.* lxxxv, 2: « Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. » Sic *Jerem.* I, 5, dicitur : « Antequam exires de vulva, sanctificavi te. » Sic S. Joannes Baptista sanctificatus fuit in utero, qui ut hanc sanctitudinem illibatam tueretur, secessit in erenum, « ne leviter maculare vilam faminem posset. » Sic virgo est sancta, id est pura, corpore et spiritu, I Cor. vii, 34. Sic sancte, id est castae fuerunt S. Agnes, Lucia, Agatha, aliaeque sancte virginis. *Secundo*, sancti, id est a mundo separati, Deoque devoti et consecrati fuerunt S. Eremitae, Religiosi, Sacerdotes. *Tertio*, sancti, id est ob pietatem et virtutem venerabiles, fuerunt S. Patriarchae, Prophetae, Episcopi, doctores. *Quarto*, sancti, id est Deo fideles

usque ad mortem, fuerunt Apostoli et Martyres.

27. LAPIDIBUS OBRUENT EOS. — Probabiliter censet *Vetus* *Abulensis* penam hanc lapidationis ad omnes casus et crimina hujus capituli (excepto illo incensus vers. 14, ubi pena alia, scilicet ignis, assignatur) pertinere, eo quod lapidatio hic ponatur et exprimatur, tam initio capituli, quam in fine. Unde videtur omnis ceteros casus medios (in quibus proinde certum supplicii genus non exprimitur) quasi compendiо completi; idque confirmatur ex vers. 10, collato cum *Joannis* viti, 3, ubi adulteria justa legem Mosis dicuntur esse lapidanda. Nec id mirum; omnes enim hi casus, et crimen enormis sunt, ita ut duram lapidationem penam mereantur.

Nam in minoribus criminibus communis supplicium genus, ubi aliud non exprimitur, fuisse suspenditum, sive crucem censet Abulensis, idque innatur *Deuter.* xxi, 22. Verum haec sententia parvus est probabilis: erux enim enormiter tantum criminum pena apud Iudeos fuisse videtur; nam *Deuter.* xxi, 23, dicitur maledictus a Deo suspensus. Unde Iudeis summe execrabilis erat crux, et crucifixus ideoque eodem die terra conlegi debebant et sepeliri. Hinc et Christus est crucifixus, ob summum crucis tormentum, partem et infamiam; hoc enim est quod Iudei dicunt *Sapient.* II : « Morte turpissima condemnare eum. » Vide Jansenium in cap. cxlii *Concordie Evangelica*.

Verius ergo est minorum criminum commune supplicium fuisse gladii aut securis, licet id minus quam in lege vetere expressum et decreatum inventum; hoc enim mortis genus levissimum est, et plurimi gentibus uso receptum: et sic Iohannes Baptista a Herode decollatus est. Denique notat Carolus Sigonius, lib. VI *De Republica Hebr.*, cap. ult., lege veteri haec supplicia deserta inventari, molctam, talionem, verberationem, exiliu, venditionem et mortem; mortis autem tria tantum genera, scilicet lapidationem hie, combustionem vers. 14, et crucifixionem *Deuter.* xxi, 23. Sic apud Romanos octo peccatum genera in legibus confineri Tullius serpit, scilicet dampnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, servitulem et mortem, inquit Isidorus, lib. II *Etym.*

Ordinaria supplicia apud Iudeos non sunt nisi secundum ritus.

Ordinaria supplicia apud Iudeos non sunt nisi secundum ritus.

COMMENTARIA IN LEVITICUM, CAP. XXI.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Sancit Deus ut sacerdotes abstineant funeribus et plancu, imo ut pontifex nec patrem nec matrem plangat; secundo, ut pontifex non ducat uxorem, nisi virginem et nobilem, vers. 13; tertio, ut sacerdotes careant maculis, id est vitiis corporis, vers. 17.

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen : Loquere ad sacerdotes filios Aaron, et dices ad eos : Ne contaminetur sacerdos in mortibus civium suorum, 2. nisi tantum in consanguinitate ac propinquis, id est, super patre et matre, et filio et filia, fratre quoque, 3. et sorore virgine que non est nupta viro, 4. sed nec in principe populi sui contaminabitur. 5. Non radent caput, nec barbam, neque in carnibus suis facient incisuras. 6. Sancti erunt Deo suo, et non polluant nomen ejus : incensum enim Domini, et panes Dei sui offerunt, et ideo sancti erunt. 7. Scortum et vile prostibulum non ducent uxorem, nec eam quae repudiata est a marito, quia consecrati sunt Deo suo, 8. et panes propositionis offerunt. Sint ergo sancti, quia et ego sanctus sum, Dominus, qui sanctifico eos. 9. Sacerdotis filii si reprehensa fuerit in stupro, et violaverit nomen patris sui, flammis exuretur. 10. Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est unctionis oleum, et cuius manus in sacerdotio consecrata sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet; 11. et ad omnem mortuum non ingredietur omnino, super patre quoque suo et matre non contaminabitur. 12. Nec egredietur de sanctis, non polluat Sanctuarium Domini, quia oleum sanctae unctionis Dei sui super eum est. Ego Dominus. 13. Virginem ducet uxorem; 14. viduam autem et repudiatam, et sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo; 15. ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis sue, quia ego Dominus qui sanctifico eum. 16. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens : 17. Loquere ad Aaron : Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, 18. nec accedat ad ministerium ejus : si caecus fuerit, si claudus, si parva vel grandi vel torto naso, 19. si fracto pede, si manu, 20. si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel hermosus. 21. Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedat offerre hostias Domino, nec panes Deo suo; 22. vescetur tamen panibus qui offeruntur in Sanctuario, 23. ita dunلالat, ut intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, et contaminare non debet Sanctuarium meum. Ego Dominus qui sanctifico eos. 24. Locutus est ergo Moyses ad Aaron, et ad filios ejus, et ad omnem Israel, cuncta quae fuerant sibi imperata.

1. LOQUERE AD SACERDOTES FILIOS AARON; — loquere ad minores sacerdos: nam pontifex neminem omnino, ne patrem quidem poterat plan gere, uti dicitur vers. 10, quod tamen hic permittit minoribus sacerdotibus.

NE CONTAMINETUR SACERDOS IN MORTIBUS CIVIUM SUORUM, — q. d. Caveat sacerdos ne immundatiam legalem contrahat tangendo cadaver, aut curando funus, aut illud sequendo, aut luctum faciendo, aut domum mortui ingrediendo.

IN MORTIBUS. — Hebreice, super anima, id est su-

per cadavere; Chaldeus, super mortuum: anima enim hic per antiphrasin vocatur cadaver inanima. Aliam hujus nomenclature rationem dat S. Augustinus, Quæst. LXXXVII : « Nomen, ait, rectricis anima etiam corpus accepit anima destinatum, quoniam reddendum illi est in resurrectione; sicut additum quod appellatur ecclesia, etiam cum inde exierit ecclesia, qui homines sunt, nihilominus ecclesia dicitur, » per metonymiam.

— Civis suos hic plangere vel-

tur sacerdos; ergo multo magis alienigenas et extraneos plangere si non licet. Ratio hujus legis est, *primo*, quia sacerdotum erat tractare divina, et ministeria sanctuariorū obire, ac proxime eos longissime abesse decebat ab omni funerum et mortuorum communicatione, impuritate ac irregularitate: illorum enim vetus sanctitas et puritas corporalis erat; iam inter corpora impurissima sunt cadavera, utpote que in putredine abeant, flanque esca vermorum, biformum et sexpentum: ergo ab eis remotis: non debebant esse sacerdotes veteres. *Secondo*, quia sacerdos populo debet esse exemplar vita celestis, et tamen spemque resurrectionis, non lugendo mortuos reprobare ostendere. *Tertio*, quia sacerdos typus erat Christi, qui mortem dissoluit sui immolatione: Christi ergo unius immolationem, per sua sacrificia admirabilius debet sacerdos. Ita Cyrilus, lib. XII de Adoratione, pag. 248.

2. NISI TANTUM IN CONSANGUINEIS. — Excepuntur hic a lege jam lata pater, mater, filius, frater et soror, si virgo: hos ergo defunctos lugere poterat sacerdos, non autem uxorem, nepotem et neprem, quia illi hoc non excipiuntur (1).

Dicte: Capite x, versu 8, vñ tantum Ithamam et Eleazar sacerdotes, lugere Namad et Abiu sicuti sunt mortui.

Respondeo: Peccularius fuit illa prohibito eis facta, eo quod ipsi recente tum erant consulari sacerdotes; unde nobiliter Deus ut ipsi lugentes fratres suos, a se jure merito occisis; aliqui secundum hanc l. am lugere potuerunt.

3. SED NEC IN PRINCIPIS POPULI SUI CONTAMINABILITAT. — Vatabius et ali ex Hebreo vertunt: *Nisi contaminetur prius in populo suo, ut profane se. Verum non agitur hic de contaminatione principis, sed sacerdotum.* Melius ergo Noster Interpres vertit, in principio: recte enim in Hebreo intelligitur prepositio **in**, id est in, ut sepe soleat, maxime quia hic aliud a proxima sequitur (2).

Tropologice, cadavera sunt peccata; tactus cadaverum est communatio peccatorum: sacerdos ergo cetero debet ne contaminetur civium sicut.

(1) Aliud tamen ad h. l. excipit uxorem: res, ut, patet tum per se, tum collato loco Ezech. xxv, 18-19.

(2) Alexandrinus sic vertentur, *οὐ μαρτυρεῖται τὸν πόνον τοῦ πάτερος*, non subito polluantur in populo suo. Legunt, ut Capellus observat, *בְּנֵי סִירַע*, quod Syriae est *אָנוֹת*, hoc sensu, non temere et leviter causa sacerdotem se polluisse debere aliecius fuisse, sed certis dimitax casibus, qui vers. 2 enumerantur, ut *תְּזִבְחָה* idem sit quod *טְבֻלָה*. Rosenmullerus autem censet *בְּנֵי* hic *maritum* significare, ut Gen. xx, 3, Ios. i, 8, etc., et sensu, neque vero, *תְּנִקְנָה maritus*, in familia sua se in mundum redidat (tangenda uxore mortua) ita ut polluantur. Cf. Ezech. xxiij, 25. Nec apud Romanos sacerdotibus uxoris funeris pollui licuisse, auctor est Plutarichus in Sul. Juxta Maurer *בְּנֵי* idem significare quod *בְּנֵי*, *מִתְּנִקְנָה*, ut hie sensu proleat, ne in mundum sese redidat quisquam inter populares suos (ut vers. 4), ita ut polluantur. *וְתִדְבַּר* hinc, neutru, cum sunt *בְּנֵי*.

rum particeps efficiatur, et vitam agat popularem, imo neque principi peccanti consentire potest: sed tantum contaminatur in patre et matre, id est offensus primorum parentum, Adae et Eva, et filio ac filia, fratre ac sorore, quia post peccatum originis in multis offendimus omnes: et in his necesse est ut etiam justi excusationem accipiant, sine quibus vivere non possunt, nec ipsi, nisi illi eiis in religione succedunt, ut filii, nec qui cum eis tanguum fratres, viam sanctitatis incedunt. E contrario de summo sacerdote, id est Christo, dicitur, quod in nullo omnino, ne patre quidem et matre contaminabitur, quia nullum Christus viuere originis contagionem aut labem aliam sensit. Ita Radulphus.

3. NON RADENT CAPUT, NEC BARBAM, NEQUE IN CARNIBUS suis FACIENT INCISURAS. — diec in luctu fugient Gentiles, ideoque ea *אֲלֵית* sunt Iudei, elian laici, uti dixi cap. xix, vers. 27; hic tamen peculiariter eadem venturum sacerdotibus, quia magis hec eos dedecent.

Tropologice, sacerdotes non debent caput rader, sed tondere tantum, quia cogitationes carnis de vita subditorum et cognitorum (qua epiplis significantur), nec a se funditus amputare, nec fursum ad crescendum nimis, ut oculis mentis claudant, relaxare debent, sic ut barbum, id est virtus speciem, in vultu praeferant; paro modo non facient incisuras in carne, ne ipsi fidem resurrectionis videantur evanescere, si mortuorum suorum luctum non studeant temperare, inquit Radulphus.

Quid jam facient fideles in suorum funeribus? Docebunt te virgines et heroinae. Audi. A. Antibrosium, lib. I Officiorum, cap. li: «Quid de mea Machabeorum loquer? que spectabat leta filiorum quot funera, tot tropheia, et morientium vocibus, tanquam palleantibus caelitus delectabatur, pulcherrimam ventris sui effluorem in fluis cernens, et pietatis harmoniam omni lyra numero dulorem» Idem dicti potest de S. Felicitate spectatrice martyrii septem filiorum, dō quā S. Gregorius, homil. 3 in Evangel.; et de S. Syniphora ita septem filiorum Martyrum matre, de qua in Vita S. Getuli Martyris eius mariti; item de S. Melania juniore, de qā S. Hieronymus, epistola ad Paulan super obitu Blasii: et Præsetita, alt, exempla secher. S. Melania nostra temporis inter Christianos vera nobilitas, cum tibi Dominus misericordie concedat in die sua habere partem, calente adhuc marii corporeulo, et nequum humato, duos simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilim, sed, teste Christo, non falsum. Quis illam tunc non putaret more lymphatico, sparsis crinibus, veste consissa lacrima peccato invadere? Lacryma gutta non fluxit, stetit immobilis, et ad pedes involuta Christi, quasi ipsum teneret, arisit. Expeditus, inquit, tibi servitura sum, Domine, quia tanto onere me liberasti. Sed forsitan superatur in ce-

teris? Quintino, qua illos mente contempserit, in uno postea filio probavit, cui omni quam habebat possessione concessa, ingrente iam hyeme Hierosolymam navigavit.

Vis exempla Gentilium? audi S. Hieronymum, pistola 3 ad Heledorum in epiphaphio Nepotiani: «Ubi, alt, Anxagore ac Telamonis semper latu data sententia: Sciebam me genuisse mortalēm;» Ita responderunt nuntiata morte filii. «Cicerio, Plato, Diogenes, Clitomachus, Carneades, Possidoniūs, propounit innumerabiles viros, et maxime Periclem et Xenophontem Socraticum, quorum alter amissus duobus filiis coronatus in conditione disseruit; alter, euri sacrificans filium in bello audisset occisum, deposuisse coronam dicitur, et eamdem capiti osuimus, postquam fortiter in acie dimicante repert concidisse. Puivulus Capitolium dedicans, mortuum, ut nuntiabatur, subito filium se jussit absente spirari. L. Paulus septem diebus inter duriorum filiorum triumphus urbem ingressus est. Praeternito Maximos, Catones, Gallos, Pisones, Brutos, Sexvolas, Metello, Seacros, Martios, Crassos, Marcellos atque Aufidos, quorum non minor in luctu, quam in virtute fuit, et quorum orbitates in Consolatione libro Tullius explicavit, ne videtur potius alieia, quam nostra quesuisse. Quamquam et haec in flagellationem nostri breviter dicta sint, non praestet fidis, quod exhibuit infidelitas.

6. SANCTI ERUNT DEO SVI, — puta remoti ab omni contaminatione, immunditia, ritu, et ceremoniis turpibus et profani, quas Gentiles in funeribus adhibent. Erunt non polluent nomen, famam et dignitatem sacerdotum; ac proinde aee famam Dei, cuius ipsi sunt ministri et sacerdoties.

7. INCENSUS (hebrei est *תְּמִימָה*), quod Septuaginta verum *sacrificia*, Noster vero *oleum*, non *igite adulterum* (et PANES (propositionis (!)) DEI SUI OFFERUNT, ET IDEO SANCTI ERUNT. — Illebratio, ideo sanctitas erunt, q. d. ideo sanctissimi erunt et purissimi, ut videantur esse ipsa sanctitas.

Tropologice, incensum est oratio; panes Dei sunt sancti, qui fide et bonis operibus Deum pascunt, ac seipso in Christi corpus trahunt: hos sacerdotes Dei offerunt, quia doctrina sua ad creditulationem illos perducunt. Justus ergo est ut ipsi sancti sint, qui alios ad sanctitudinem invitant. Ita Radulphus.

7. SCORTUM ET VILE PROSTIBULUM NON INDUCENT (sacerdotis) **COREM.** — «Prostibulum» tamen hic, quam Deuter. xxiii, 18, et Joels iii, 3, est miretrix, que corpus et pudicitiam suam prostituit, immolati, mixto cum oleo sacre uncioniis: et ideo potenter quidem lugere consanguineos designatos; vers. 2, non tamen alios. Reges vero nec in capitile, nec in manibus, nec in vestibus ungebanter oleo sacro, sed tantum oleo simplici et vulgari; et ideo potenter lugere omnes mortuos quos volebant.

11. AD OMNEM MORTUUM NON INGREDIETUR. — Ad omnem non, id est ad nullum, q. d. Non ingre-

violant et polluant: hoc enim significat Hebrewae *תְּנִקְנָה chala*. Si apud Plautum et alios Latinos scriptores, prostibulum non tantum locum turpitudinis, puta lupanar, sed et ipsam meretrictem, vilissimum et abjectissimum significat.

Tropologice, uxor est vivendi forma; acipit eam generis sui, qui Deum crearetem; et Patres sanctos respici, atque ex illorum forma vivit. Scorthum vero, vile prostibulum, et repudiatum duci, qui mundi huic amatoribus conformatur. Ita Radulphus.

8. SANT ERGO SANCTI, QUA ET EGO SANCTUS SUM, DOMINES, QUI SANCTIFICO VOS, — qui sanctitatem meam vobis communico, designando et conservando vos mihi sacerdotes. *Secondo*, «sanctifico» id est, iubeo vos esse sanctos.

9. SACERDOTIS FILIA, SI DEPREHESA FUERIT IN STUPO, ET VIOLAYERIT NOME PATRIS SUI, FLAMMIS EXCREVERIT. — Propter dignitatem patrii sacerdotis, punitur fornicatio simplex filium ejus, mortis ignis; non vero punitur fornicatio aliarum: nam filias civium fornicantes non fuisse punitas colligunt Ezodi xxii, 16, nisi se vendicasset posse ut virgines, et hac ratione sponsionis decipserunt; tum enim re comperta lapidabantur, siue adulterio, ut pater Deut. xxii, 20. Hoc discrimen verba legis hujus significant, cum causam afferrunt, eo quod «violaverit nomen patris sui», s. quasi dicant: Quia fornicatione sui gravem iniuriam notam et ignominiam patri sacerdoti, ideo comburatur. Sic et Gentiles Romani Vestales virginis in fornicatione reprehensas vivas defodabant: adulteras autem feminas licet aliquam damnatione, nulla tamen morte plecebant. «Usque adeo gravius putabant adyta divina, quam humana cubilia esse vindicanda», ait S. Augustinus, lib. III De Civit. cap. v.

10. PONTIFEX, SUPER CUIUS CAPUT FUSUM EST UNCTUS OLEUM, CAPUT SUUM NON DISCOOPERIET. — Septuaginta *τὸν κεφαλὴν τοῦ ἀρνητῶν*, caput suum non deciderabit, id est, eidari sua non nudabit, scilicet ad plangendum mortuum, ut haec ratione allegorie significet Amperturbabile, immobile et asternut Christi sacerdotium, quod nonquam auferetur, inquit Cyrilus, lib. XII de Adoratione, pag. 249.

Nota: Solus pontifex ungebatur in capite, et ideo non lugebat ullus mortuus, ne quidem parentes. Minoris sacerdotiis ungebantur tantum in pollicibus manuum et pedum, et super aures, vestesque eorum aspergebant sanguine arietis immolati, mixto cum oleo sacre uncioniis: et ideo potenter quidem lugere consanguineos designatos; vers. 2, non tamen alios. Reges vero nec in capitile, nec in manibus, nec in vestibus ungebanter oleo sacro, sed tantum oleo simplici et vulgari; et ideo potenter lugere omnes mortuos quos volebant.

dierum domum in qua est cadaver quodcumque.
Ita Vatablus (1).

SUPER PATRE QUOCUM SUO ET MATER NON CONTAMINABITUR, — q. d. Si moriatur pater aut mater, non plangat eos pontifex exteriori rito et signo, nec fumus eorum comitabitur. Postulat enim, ait Philo, libro II *De Monarchia*, lex in eo viro prestantem hominem indolam, quippe qui Deo sit familiaris pro ceteris, situs in quadam divine humanae nature confinio, ut hunc mediatus Deus propitiatur hominibus. » Id imitari sunt Gentiles. Unde apud Romanos flaminii Diali non licetabat, « locum in quo bustum erat ingredi vel mortuum attингere, » teste A. Gellio, lib. X, cap. xv; immo « nos tibis funebres audire, » teste Festo. Quid? quod Flaminia non licet habere soleas aut calceos morticinos, id est, factos ex pecudibus sponte mortuis, testis Servio in IV *Aeneid*: « Quoniam, ait, sua morte existinta omnia fumata sunt. » Hinc igitur pontifex si quando fumebrem haberet orationem, velut ante mortuum expandebatur, quod oculos ipsius a fumare arceret. Audi Senecam, *Consolat. ad Martian.* cap. xv: « Tiberius Cesar et quem generat, et quem adoptaverat, amist; ipse tam pro rostris laudavit filium, stetique in conspectu positio corpore, interiecto tantum velamento, quod ponit oculos a funera arceret. »

Idem fecit Augustus Caesar in funere Agrippae, teste Dionae, lib. LIV: nam ipsi Cesares erant et pontifices usque ac Eonstantinum imperatores, qui se pontifices hoc genitiliter jam Christianum abdicavit. Idem loquens de Tiberio in funere Augusti: « Tiberio, ait, impunita data, quod cadaver (prohibitum enim hoc erat) tetigisset, ac comitatus fuisset. »

Allegorice S. Bernardus, serm. I *De Circumcisione*, initio: « Christus, ait, est summus sacerdos, quem nec super patre, nec super matre contaminandum, prophetatum est potius, quam mandatum; est enim illi Pater ab eterno, sed Deus, in quem peccatum non cadit: est et mater, sed virgo, nec parere potuit incorruptio corruptelam. »

12. NEC EGREDIETUR DE SANCTIS, — de sanctuario, si, quando ibi constitutus est, contingui mori etiam patrem aut matrem. Nec enim pontifex domi existens debebat ire ad sanctuarium, si quis suorum moreretur; sed si existere in sanctuario, non licetabat ei ob mortuam patris aut matris illud, ejusque sacra munia relinquere, et exire ad funus; ratio subditur:

NE POLLUAT SANCTUARIUM DOMINI, — q. d. Ne injuriat et ignominiam inferat sanctuario, illud

(1) Sic apud Romanos Flamen Dialis locum, in quo luctum esset, nunquam ingrediebatur, mortuum numquam attingebat, Gellio, x, 15. Servius ad *Eneid*. III: « Moris Roman. fuerat, ramum cypressi ante dominum funestam ponit, ne quisquam Pontifex per ignorantiam pollueretur ingressus. »

deserendo, ut super mortuo indecenter plangat. Rursum « ne polluat, » quia si ipsa polluta super mortuo rediret ad sanctuarium, pollueret illud.

Notat hic Abulensis ab Hebreis peregrinantibus in deserto per 40 annos non fuisse sacrificatum: nisi in monte Sinai, ac proinde eos deinceps in desertu non fuisse obligatos ullis praecopsis ceremonialibus, sed tantum moralibus et judicialibus. Ratio est, quia ceremonialia praecpta tantum sancta erant in ordine ad sacrificia; cassanibus ergo proficiunt cessabant et alia ceremonia. Expte ea que Deus specialiter exceptit *Num.* v. 2, videlicet leprosum, seminilium et immunis super mortuo: hi enim immundi erant, et separandi juxta ritum et ceremonialia prescriptam cap. xiii. Quare ut illi expiarerent, opus erat cinere vitule rufa, de qua *Num.* xix: hanc ergo in deserto crematum fuisse dicere necesse est: nam polluti super mortuos hoc cinere expiabantur. Hinc sequitur sacerdotes etiam in deserto debuisse servare legem hoc prescriptam, ut scilicet non plangerent mortuos. Pari modo in deserto non servarunt Hebrei festa, nisi sabatnum; nam sabatum violata lapidatus est in deserto, *Num.* cap. xv, vers. 33.

13. VIRGINEM DUCET (pontifex) UXOREM. — Jussit id Deus, ob honestatem et dignitatem summam saecularis, quia non decessit summum pontificem ab alio vitiatum et cogitatum ducent; secundo, « ut sacram semem intacta pura virginis alio caperetur, nec ullo modo misericorditer hujus natales cum aliis familiis, » inquit prima. Causa secunda: « ut digne eam sibi secunda. nondum depravatis animis consuetudine, facilius eas suis moribus pontifices accommodarent. Sequentes enim et flexiles ad virtutem sunt mentes virginum, et ad disciplinam prouissimae.

Tropologicie S. Cyrillos, lib. XII *De Adoratione*: « Significabatur, ait, per hoc coniugium pontificis cum virginie, quod Christus non cum impiis et corruptis animis, sed cum castissimis et purissimis, tanquam virginibus spiritualiter versaretur, easque fecundas redderet ac sibi genere junetas appellaret. »

Allegorice: Christus, inquit Radulphus, desponenti sibi non Synagogam corruptam, et a se repudiari, sed Ecclesiam ex Genibus; quam, cum esset merefractus, adamavit, et ut digne eam sibi conjungeret, virginem fecit. *Ad nobilem, nunc moribus, postea mansionibus.*

14. SORDIDAM. — Chalda. *profanatam*, id est, vi. Vers. 14. tialam et pollutam. Ita Septuaginta: puram enim plane decebat esse uxorem pontificis. Ita Julius Caesar dimisit Pompeianum uxorem, quam corruptam esse a Clodio rumor ferrebat, quo nomine Clodio esset dictus dies, citatus ipse testis nihil de ea sinistro dixit; et interroganti actori: Cur ergo eam dimisi? respondit: « Quia Caesaris uxorem ab omni sinistra suspicione liberam

planeque puram esse oportet. » Idem dicendum erat hic pontifici. Tertullianus, lib. *De Monogamia*, hic addit: « Sacerdotes mei non plus oubent; » quasi secunda nupties eis hic interdicta fuerint, debuerintque ipsi esse monogami. Forte editio Theodosiana, aut Symmachii aliquid tale habuit, ut suspicator Pamelius. Nam nec Septuaginta nec Hebrei id habent: quoniam hic vacillet fides Tertulliani; scripsit enim ipse hunc librum in haeresi: contendit enim ipsi hos libro secundas nuptias Christianis esse illicitas; qui est error ex ploratus.

Pontifex. — *SED PUELLAM DE POPULO SUO*. — Addit Philo pontificem non potuisse ducere uxorem nisi sacerdotalis generis; sed hoc non liquet ex lege divina, immo contrarium potius insinuant historie: ex iis enim constat solere pontifices ducere filias principes et regum, qui non erant ex Levi, sed ex Juda. Sic Joias duxit Josabat filiam Ioram regis Juda, ut testatur Josephus, lib. IX *Antiquit.* vii. Vers. 15. NE COMMISCAT STIPEN GENERIS SUI VULGO GENTIS SUE, — q. d. Non accipiat uxorem de vulgo, sed nobilium. Septuaginta vertunt: *Non profanabit semen sum in populo suo*, idque primo, ob dignitatem sacerdotiorum; secundo, ut pontifex reges et principes quibusdam affinitate junguntur, tanto liberior et melius cultum Dei, et veram religionem edocent.

Smethie. — *et isti judeo es sanctum*. — Pontifex, ait, est sanctum et puros ab omni indecentia et macula. Hec omnia, ait Philo, referenda figurata sunt ad perfectionem animae; nam si mortale corpus sacerdotis inspicit oportet, ne quo contacterit sit vito, quanto magis immortalē animam formatam ad Dei imaginem? Ita ipse, lib. II *De Monarchia*.

Tropologicie, S. Gregorius, I part. *Pastor*, cap. ult., et ex Radulphus: « Cœcus est, qui tenet presentis vita pressus, quo gressum operis porrigit, nescit; claudus, qui videt quidem, sed per infirmationem mentis, que videt, perfecte implere non valet; nascitur *parvo*, cui parva est discretio. » Unde *Cantic.* vii, dicitur: « Nasus tuus sicut turris que est in Libano; quia S. Ecclesia, que ex singulis causis tentamente prodeant, per discretionem conspiciunt, et ventura vitorum bella ex alto deprehendit; nasus grandis et tortus est discretio, subtilitas immoderata, quoniam dum plusquam decet exereverit, actionis sue rectitudinem ipsa confundit. Est fracto pede vel manu, qui bonorum operum exorsus vacat; et vel, ut S. Cyrillos, lib. XII *De Adoratione*, qui non integræ ad probas actions graditur, sed opus Dei facit

(2) Vers. 22. Hebr. est, *vescetur ex oblationibus sanctissimis et sanctis*. *Oblationes sanctissimas dicebantur partes victimarum, panes sacri, donaria fara, quae sacerdotes tantum in loco sancto comedebant; sancta vero vocabantur decimæ et primitiae, quibus et alii præter sacerdotes vesci poterant.*

imperfecte et negligenter. « Gibbosus est, quem terrena sollicitudo deprimit, ne unquam superna respiciat; lippus est, cuius sensum et mentem natura excauit, sed conversacionis pravitas confundit; albuginem habet, qui candorem justitiae vel sapientiam sibi tribuens, a lucis superne cognitionis se per arrogiam excludit; jugen habet scabiem, cui carnis petulantia dominatur; impetiginem, cui avaritia; heriosus est, qui in abditis, id est in mente, pondus turpitudinis gestat. » Ila et Theodoretus, *Ques. XXX.*, et Cyrillos supra.

Jam, si tantum munditum exigit Deus a Iudeis bestias immolantibus, quantum exigit a sacerdotibus et Christianis corpus Domini offertentibus et manducantibus? Narrat Joannes Moschus in *Prato Spirituali*, cap. cl., Episcopum Rumele celebrantem eorum Agapito Papa, cum sisteret, eo quod de more non videret Spiritum Sanctum in hostiam visibiliter descendere, rogatum ab Agapito more causam, respondisse: Diaconum qui flabelum tenet, removete ab altari. Eo remoto solita signa appaeruerunt, ipseque sacrificium perfecit. Ecce diaconi improbitas retardavit sacrificium tam sancti Episcopi. Idem S. Chrysostomus contigitisse, ob diaconum conjunctitem oculos in mulierem, narrat Metaphrastes in *Vita S. Chrysostomi*. Hanc ergo herium fugiunt Christiani.

Narrat Palladius in *Lasciva*, cap. xx, presbyterum quandam in fornicationis statu celebrantem, a Deo fuisse percussum cancro, qui caput ejus ita exederat, ut ipsum os totum appareret in

vertice; hanc B. Macarius manus impositione curavit, cum ante propoundisset se non amplius peccatum, neque altari ministralrum, sed sortem lixiam amplexurum.

E contrario, puris et sanctis Christus et angeli in sacrificio assistunt et ministrant, quin et sub dant. Sy-
maria
Sacerdotia

Ita S. Catharinae Senensi virginis sanctissime, concupiscenti communionem, nec ob quorundam murmuraciones sumere valenti, Christus ipse particularem hostiam consecrare detulit ex altari, uti testatur Raymundus Capuano, et ejus manus sacra hostia ercpa est, lib. II. *Vita ejus*, cap. xxxii.

Ita S. Barbara, inter duos angelos cubiculum intrans, ductu, Eucharistiam ex ipsis manibus letissimus accepit (quod in periculoso morbo maxime conciperuit) S. Stanislaus Koska, novitius nostri Ordinis, uti refert noster Sacchinus in ejus *Vita*, et P. Ribadeneira, lib. III *Vita Francisci Borgiae*, cap. vi.

B. Macarius narravit Palladio, ut ipse ait in *Lasciva*, cap. xx, « se observasse tempore communionis, se Marco exercitatorum nunquam dedisse oblationem, sed ei angelum dedisse ex arca; solum autem se vidisse digitum manus ejus qui dabant. »

S. Onuphrius in eremo singulis septimanis Eu-
christianum ex manibus angelorum percepit, indeque fama celestis et angelicus evasit, ut patet ejus *Vita*. Plura afferam *Numer.* iv, in fine.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Prescribitur ut immundi et alienigena ab eis victimarum abstineant. Secundo, vers. 18, describuntur maculae quibus victimae carere debet.

1. Locutus quoque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Loquere ad Aaron et ad filios ejus, ut caeant ab his quae consecrata sunt filiorum Israel, et non contaminent nomen sanctificatorum mihil, quae ipsi offerunt; ego Dominus. 3. Dic ad eos, et ad posteros eorum: Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea quae consecrata sunt, et quae obtulerunt filii Israel Domino, in quo est immundus, peribit coram Domino; ego sum Dominus. 4. Homo de semine Aaron, qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vesetur de his quae consecrata sunt mili, domine sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, et ex quo egreditur semine quasi coitus, 5. et qui tangit reptile, et quodlibet immundum, cuius factus est sordidus, 6. immundus erit usque ad vesperum, et non vesetur his quae consecrata sunt; sed cum laverit carnem suam aqua, 7 et occupuerit sol, tunc mundatus vesetur de sanctificatis, quia cibus illius est. 8. Morticinum et captum a bestia non comedent nec polluentur in eis; ego sum Dominus. 9. Custodian praecepta mea, ut non subjaceant peccato, et moriantur in Sanctuario, cum polluerint illud; ego Dominus qui sanctifico eos. 10. Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, iniquilinus sacerdotis et

mercennarius non vescentur ex eis. 11. Quem autem sacerdos emerit, et qui vernaculus domus ejus fuerit, hi comedent ex eis. 12. Si filia sacerdotis cuiilibet ex populo nupta fuerit, de his quae consecrata sunt, et de primis non vesceret; 13. si autem vidua, vel repudiata, et absque liberis reversa fuerit ad domum patris sui, sicut puella consueverat; aletur cibis patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem. 14. Qui comedenter de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, et dabit sacerdoti in Sanctuarium. 15. Nec contaminabitur sanctificata filiorum Israel, que offerunt Domino; 16. ne forte sustineat iniquitatem delicti sui, cum sanctificata comedenter; ego Dominus qui sanctifico eos. 17. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: 18. Loquere ad Aaron et filios ejus, et ad omnes filios Israel, dicesque ad eos: Homo de domo Israel, et de advenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem suam, vel vota solvens, vel sponte offerens, quidquid illud obtulerit in holocaustum Domini, 19. ut offeratur per vos, masculum immaculatum erit ex bovis, et ovibus, et ex capris; 20. si maculam haberit, non offeretis, neque erit acceptabile. 21. Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota solvens, vel sponte offerens, tam de bovis quam de ovibus, immaculatum offeret, ut acceptabile sit: omnis macula non erit in eo. 22. Si cæcum fuerit, si fractum, si ciecum habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem, non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis super altare Domini. 23. Bovem et ovem, aure et cædo amputatis, voluntarie offerre potes; votum autem ex eis solvi non potest. 24. Omne animal, quod vel contritis, vel tuisis, vel sectis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, et in terra vestra hoc omnino non faciatis. 25. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, et quidquid aliud dare voluerit; quia corrupta et maculata sunt omnia: non suscipietis ea. 26. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 27. Bos, ovis et capra, eum genita fuerint, septem diebus erunt sub ubere matris sue; die autem octavo, et deinceps offerri poterunt Domino. 28. Sive illa bos, sive ovis, non immolabuntur una die cum foetibus suis. 29. Si immolaverint hostiam pro gratiarum actione Domino, ut possit esse placabilis, 30. eodem die comedetis eam, non remanebit quidquam in manu alterius diei; ego Dominus. 31. Custodite mandata mea, et facite ea; ego Dominus. 32. Ne polluatis nomen meum sanctum, ut sanctificer in medio filiorum Israel; ego Dominus qui sanctifico vos, 33. et eduxi de terra Ægypti, ut essem vobis in Deum; ego Dominus.

2. LOQUERE AD AARON ET AD FILIOS EJUS, UT CAVEANT (ut abstineant; hebreice, ut exscreverant, quando videlicet ipsi sunt immundi) AB HIS QUAE CONSECRATA SUNT, que Deo quoniam dolibel oblatia sunt. Secus erat de his quae nude offerantur, non Deo in sacrificium, sed Levitis et sacerdotibus in immundiam, illi erant decimes et primitiae: hec enim Deo solemnem ritu non erant oblatia, nec eorum pars erat Deo sacrificata; unde illi poterant vesci Levite etiam immundi; immo poterant ea vendersi laicis, et commutare rebus aliis.

ET NON CONTAMINENT NOMEN SANCTIFICATORUM MIII, — q. d. Ne contaminent sacra mea, ne mili sanctificatis et oblatis notam impuritatis aspergant: noster Interpres in hebreo legit טריך kadasei, id est sanctificatorum mili; jam alii punctis legunt kadsei, id est sanctitatis mea, q. d. Nomem sanctum meum.

Verum melius Noster legit kadasei, quia sequitur, qua mili offerunt; haec enim sunt sanctificatae Deo.

3. DIC AD EOS ET AD POSTEROS EORUM, — manda ut haec lex servetur apud posteros, maxime quia illi soli eam reipsa implebunt et exsequuntur: nam presentes tantum eam audiunt et recipiunt, non vero eam implebunt. Ratio est, quia ceremoniales haec leges non sunt observantes in deserto, tum quia in eo non erat stabile tabernaculum nec domicilium; tum quia in eo non habebant commercia cum Gentibus, ut emerent thus, viuum, mel, animalia aliaque que Deus sibi offerri et sacrificari jussit: unde et ex solo manu ibidem vixerunt per quadragesima annos. Vide dicta cap. preced. vers. 12.

OMNIS HOMO QUI ACCESSERIT (comedendi causa) AD EA QUAE CONSECRATA SUNT, IN QUA EST IMMUNDITIA (que explicatur vers. 4, scilicet si sit leprosus, semine pollitus, si tetigerit mortuum vel reptile, si comedet morticinum), PERIBIT CORAM DOMINO. — Hebreice, exscindetur anima illa a facie mea, id est a me, ut virtutis Sepuaginta.

Nota: Deus hic tam gravior et severo sancti-